Quòd autem plantæ quædam flores non habeant, vt plurimùm fit ob diuerſitatem ſuarum partium, & ſubtilitatem ipſarum, aſperitatémque, & craſſitiem. Flores autem non habent ficus, palma, & ſimiles. Planta verò, quæ craſſos habet cortices, pro extenſione humoris,& caloris impulſione extenditur: & hoc in primo eſt, & palma. Sed planta,quæ lac emittit,in medio ipſum habet. Et eſt calor ſubditus fortis, manétque illic vnctuoſitas. Cùm itaque calor ille concoctionem incœperit, vertetur vnctuoſitas in humorem proprium, & coagulat ipſum parua coagulatione:& dum locus calefit,humor vnctuoſus, lacti ſimilis, leuatúrque vapor ab humore trahente lac iſtud ad extrema, retinétque humor calorem apparentem, & ita lac iſtud cogitur. Natura enim caloris eſt vti lac coagulet. Qualecunque verò lac ſit, multam coagulationem accipit, cùm frigus in arbore apparuerit. Coactum enim mox è proprio loco exit, & inde gummi naſcitur. Gummi verò calidum ſtillando procedit. Vbi igitur aerem contigerit,coagulatur. Et defluit in loco temperato,& aquæ ſimile eſt. Aliud verò,funditur,& coagulatur, quo modo lapides,& conchæ. Quæ verò guttatim manat, in forma ſua manens tale fit,qualis eſt,quam propolida dicunt: quod autem alteratur vt lapis, id valde frigidum apparet, facítque calor ipſum tale. Cùm autem per frigidam conſtitutionem manauerit, in lapidem abit. Arborum quædam hyeme alterantur,& quandoque virides ſunt,quandoque glaucæ. Et non corrumpuntur nec earum folia, nec fructus. Nam arbores, quibus hoc accidit, ſupra colorem craſſum habent in radicibus humorem tenuem. Vnde in progreſſu anni retinet humor illum colorem propter aëris frigiditatem. Et quando acceſſerit calor ad frigus, impellit calor humiditatem foras vnà cum colore, quo arboris ſuperficiem tinxerat. Dum verò rurſus frigiditas & ſiccitas ad actionem vertuntur,& humor calorem detinet,tũ color glaucus apparet.

A διότι δὲ τινὰ φυτὰ ἄνθη οὐκ ἔχουσιν, ἔστιν ἡ αἰτία, ὅτι ὡς ἐπιτοπλεῖστον γίνεται τοῦτο διὰ τὴν διαφορὰν τῶν ἐν αὐτοῖς μερῶν, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς λεπτότητα καὶ τραχύτητα καὶ παχύτητα. οὐκ ἔχουσι δὲ ἄνθη φοίνικες, συκαῖ, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. τὸ δὲ φυτὸν τὸ παχεῖς ἔχον φλοιοὺς, ἐκτείνεται κατὰ τὴν ἔκτασιν τῆς ὑγρότητος, καὶ τὴν συνώθησιν τῆς θερμότητος. καὶ τοῦτο ἐστὶν ἐν τῇ πεύκῃ καὶ τῷ φοίνικι. τὸ B δὲ φυτὸν τὸ γάλα ἐκδιδὸν, ἔχει τοῦτο ἐν τῷ μέσῳ. ἔστι τε ἡ θερμότης ὑποκάτω ἰσχυροτέρα, καὶ μένει ἐκεῖ πιότης. ὁπόταν οὖν ἄρξηται ἡ θερμότης πέττειν, στρέφεται ἡ πιότης ἐς τὴν οἰκείαν ὑγρότητα, καὶ συμπήγνυσι ταύτην συμπήξει βραχείᾳ. καὶ θερμαινομένου τοῦ τόπου, γίνεται ἡ ὑγρότης λιπαρὰ, ὁμοία γάλακτι, ἐγείρεταί τε ἀναθυμίασις ἀπὸ τῆς ὑγρό- C τητος, τῆς ἑλκούσης τὸ γάλα ἐκεῖνο εἰς τὰς ἀκρότητας, καὶ τὰ κατέχει ἡ ὑγρότης τὴν θερμότητα τὴν φαινομένην, καὶ οὕτω συμπήγνυται τὸ γάλα, φύσις γάρ ἐστι τῆς θερμότητος, τὸ συμπηγνύειν. ὁποιονδή τι δὲ γάλα, πολλῆς συμπήξεως τότε γίνεται, ὅταν ἐν τῷ δένδρῳ ψῦχος φανῇ. συμπηγνύμενον γὰρ μετὰ ταῦτα, ἐξέρχεται τοῦ οἰκείου τόπου· καὶ ἐντεῦ- D θεν ἐστὶ τὸ κόμμι. τὸ κόμμι δὲ τὸ θερμὸν, προέρχεται ἐν τῷ στάζεσθαι. ὁπόταν γοῦν τοῦ ἀέρος ἅψηται, συμπήγνυται καὶ καταρρεῖ ἐν τόπῳ εὐκράτῳ, καὶ ἔστιν ὅμοιον ὕδατι. ἕτερον δὲ χέεται, καὶ συμπήγνυται ὅμοιον λίθοις ἢ κογχυλίοις. ὅτε δὲ κατὰ σταγόνα ῥεῖ, μένον ἐν τῷ οἰκείῳ εἴδει, γίνεται ὡς τὸ λεγόμενον σμηνεῖον. τὸ δὲ ἀλλοιούμενον ὡς λίθος, ἐστὶ κατὰ τὸ E φαινόμενον λίαν ψυχρόν. ποιεῖ δὲ τοῦτο ἡ θερμότης τοιοῦτον εἶναι. ὅταν δὲ ᾖ ψῦχος, καὶ καταρρῇ, ἀπολιθοῦται. πάλιν τῶν δένδρων τινὰ ἀλλοιοῦνται ἐν τῷ χειμῶνι, καὶ ποτὲ μὲν γίνονται χλωρὰ, ποτὲ δὲ γλαυκὰ, καὶ οὐ φθείρονται οὔτε τὰ φύλλα αὐτῶν, οὔτε οἱ καρποί, ὅτι τὰ φυτὰ ἐν οἷς τοῦτο συμβαίνει, ἔχουσιν ἐπάνω θερμότητα παχεῖαν, καὶ ἐν ταῖς ῥίζαις ὑγρότητα λεπτήν· ὅθεν ἐν τῇ προόδῳ τοῦ ἔτους κατέχει ἡ ὑγρότης ἐκεῖνο τὸ χρῶμα διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ ἀέρος καὶ ὅτε παραβάλλει ἡ θερμότης πρὸς τὴν ψυχρότητα, ὠθεῖ ἡ θερμότης τὴν ὑγρότητα ἔξωθεν, μετὰ τοῦ οὗπερ ἔβαψε χρώματος τοῦ ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ δένδρου, ἀκολούθως. ὅτι δὲ στρέφεται πάλιν ἡ ψυχρότης καὶ ἡ ξηρότης εἰς ἐνέργειαν, καὶ ἡ ὑγρότης κατέχει τὴν θερμότητα, τότε τὸ χρῶμα φαίνεται τὸ γλαυκόν.

CAPVT X.

FRuctus verò amarus fit, dum calor, & humor, nõ ſunt in digeſtione cõpleti.

Κεφάλαιον ι.

Πικρὸς δὲ γίνεται καρπὸς, ὅτε ἡ θερμότης καὶ ἡ ὑγρότης οὐκ εἰσὶ πλήρεις ἐν τῇ πέψει.